

·jam olim a veteribus optime dictum est (b): nullum enim eorum prodesse iis potest, qui a morbis confecti sunt, quum natura omnia haec respuat, horumque operationem contrariam reddat.

§. 7. Quilibet igitur medicus repugnantiam eam rite observare debet, si aegrotantibus adsit, & sibi cavere; nec quemquam aggredi, hac praesente, sed cum primis quiescere, ne nocumentum inferat illis, qui a morbo confecti sunt, magis illos debilitando, quibus prodesse plane ei impossibile est: naturae autem illos potius permittere, quae facpius & jam desperatos fanitati restituit.

---

POE-

---

(b) Corn. Celsus, L. III, cap. I. p. 112.